

strationem hanc claudat, suppediabitur. Cum enim ex ejusdem Schematis nudo saltem intuitu statim indubitato constet, duarum illarum anguli externi partium unam $c b e$. unum interiorum $a c b$. alternam; alteram $e b d$. alteri $c a b$. oppositam esse, juxta definitiones ab Euclide traditas, certum demum est, duos internos $a c b$. & $c a b$. simul externo $c b d$. esse æquales, per axioma commune. Cui cum ad idem punctum accedat tertius ipsius Trianguli $c b a$. perspicuum est omnes tres trianguli angulos æquivalenter ad idem punctum concurrere, & propterea duobus rectis esse æquales.

Q. E. D.

§. 13. Totam hanc Syllogismorum turbam If. Barrovi-
ns sic absolvit:

Ang. C equal. $c b e$. (a) & ang. a . equal. $e b d$. (b) ergo $c \rightarrow a$ (c) equal. $c b e$. $\rightarrow e b d$. (d) Sed $c b d$. $\rightarrow c b a$. (e) equal. 2. Rect. ergo (f) $c \rightarrow a \rightarrow c b a$. equal. 2. Rect. Q. E. D. Triplo paucioribus lineis, quàm in modo Scholastico sunt syllogismi, pomposo vocabulorum apparatu inflatisimi.

Judicet nunc prudens Lector utra methodus sit expeditior. Omnes, ut opinor, sumus rationales, juxta definitionem, *homo est animal rationale*. An igitur tanto verborum apparatu semper opus sit, ubi per nobis congenitam pleraque suppleri possunt rationem, ipsa ratio loquatur.

Sed animam nunc rebo-
cet Metho-
dus Symbo-
lica.
a. 31. 1.
b. 29. 1.
c. ax. 2.
d. ax. 19.
e. 13. 1.
f. ax. 1.
Judicium
sit penes
ruditos.

sect. III.

MEMBRUM II.

De Methodo Universali s.

De Disciplinis.

CAPUT I.

De Subjecto Disciplinarum in genere.

§. I.

HÆc de methodo particulari: sequitur *universalis*, in pluribus rerum sub eodem genere contentarum demonstrationibus tradendis adhibenda. Ubi statim ini-

Scientia ex
pluribus
complexa.